

TEXTUS

N. 619.

Innocentius XI, pontifex maximus
Opitio Pallavicini

Romae, 14 VII 1681.

Catholicae fidei professione ab epis duobus orthodoxis, Innocentio Winnicki Premisliensi Iosephoque Szumlański Leopoliensi facta mandatur ei, ut a schismatis reato aliisque poenis ecclesiasticis illos absolvat, quae sacrae irregularitatem sunt secutae.

Reg.: AV, Sec.Brev., Reg.Brev. 1659 f. 5r-v.

Venerabili Fratri Opitio, Aepo Ephesino, apud charissimum in Christo
filium N.rum Ioannem Regem Poloniae Illustrem,
Nostro et Apostolicae Sedis Nuncio.

Innocentius Papa XI.

Venerabilis Frater, salutem etc.

Cum sicut nonnulli ex venerabilis Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Congregationis Propagandae fidei negotiis praepositae super negotiis Ruthenorum a Nobis specialiter deputati¹, Nobis nuper exposuerunt, Innocentius Winnicki², schismaticus, in Episcopum Praemisliae a Iosepho Szumlaschi³, Episcopo Leopoliensi, etiam schismatico, cum assistentia unius tantum

¹ Concilium extraordinarium S. Congregationis de Propaganda Fidei Ruthenorum negotiis praepositae die 22 V 1681 habitum. Decreto huius concilii breve a papa nuntio est mandatum. Hac de re confer et Bendza, *Tendencje unijne...*, p. 89.

² Innocentius Winnicki († 1700), epus orthodoxus Premisliensis, a Iosepho Szumlański epo Leopoliensi orthodoxo Iosepho Wołoszynowski epo orthodoxo Munkacsiensi Barlaamoque Szeptycki archimandrita Unioviensi assistentibus die 1 XII 1680 (21 XI secundum veteram dierum rationem) consecratus; cfr Andrusiak, notam 1, p. 88; Bendza, *Prawostawna diecezja przemyska...*, p. 218. De Unione a Winnicki Szumlański que accepta, cfr ANP XXXI/1 N. 285, p. 318-319; Andrusiak, p. 88 et sq.; Bendza, *Prawostawna diecezja przemyska...*, p. 213 et sq.

³ Iosephus Szumlański, epus Leopoliensis orthodoxus, cfr ANP XXXIV/1, notam 228, p. 101; Andrusiak, passim.

Episcopi⁴, et unius Abbatis⁵, pariter schismaticorum, non autem duorum Episcoporum, prout a sacris canonibus dispositum reperitur, ritu Graeco consecratus fuerit.

Subinde vero tam Innocentius, quam Iosephus praedicti fidei catholicae professionem iuxta articulos dudum a Sede Apostolica pro Graecis propositos in manibus tunc Praesulis eiusdem Sedis Apostolicae Nuncii, Varsaviae residentis, emiserint, ac in Ecclesiae Catholicae gremium recipi, et in illius communionem quoad vixerint perseverare, statuique suo in praemissis opportune a Nobis provideri summopere desiderent.

Nos specialem ipsis Innocentio et Iosepho gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis etc. quavis praeterquam praemissorum occasione etc. censentes, de memoratorum Cardinalium consilio, Fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris exstantibus narratis, eosdem Innocentium et Iosephum, et eorum quemlibet si hoc a te humiliter peterint, imposita eis pro praemissis arbitrio tuo aliqua poenitentia salutari, a schismatis reatu ac excessibus praenarratis, necnon censuris et poenis ecclesiasticis quibuslibet, quas propter praemissa quorus modo incurrerunt, auctoritate N.ra Apostolica absolvas et totaliter liberales, dictasque poenas eis gratiose remittas et condones, illosque et eorum quemlibet in Sanctae Romanae et Universalis Ecclesiae communionem recipias. Praeterea cum ipsis Innocentio et Iosepho, et eorum quolibet super quecumque irregularitate per eos praemissorum, seu inde secutorum occasione quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum etiam specifica et individua mentione et expressione dignum, dicta auctoritate de specialis dono gratiae dispenses.

Nos [5v] enim quamcumque necessariam et opportunam ad praemissa facultatem tibi harum serie eadem auctoritate tribuimus et impertimur. Salva tamen semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Apostolicis ac in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum [apud] ^(a)-Sanc-tam Mariam Maiorem, die 14 Julii 1681, anno 5.0^a

Cum Innocentius Winichi schismaticus in Epum Praemislae a Iosepho, Epo Leopoliensi etiam schismatico, cum assistentia unius tantum Episcopi et unius Abbatis, pariter schismaticorum ritu Graeco, consecratus fuerit, et subinde iidem Innocentius et Iosephus fidei catholicae professionem in manibus Nuncii Poloniae emiserint, Sanctitas V.ra committit eidem Nuncio ut utrumque absolvat a schismate, aliisque excessibus narratis ac censuris et poenis ecclesiasticis ea de causa incursis, cum dispensatione super irregularitate inde contracta, ad quemcumque effectum. Est iuxta decretum Cardi-

⁴ Iosephus Wołoszynowski, epus Munkacsiensis, cfr Bendza, *Prawosławna diecezja przemyska...*, notam 664, p. 218.

⁵ Barlaam Szeptycki, archimandrita Unioviensis, cfr notam 2.

nalium ex Congregatione de Propaganda Fide specialiter deputatorum⁶, cum clausula perservatoria auctoritatis eiusdem Congregationis.

(b-Placet. B[enedictus]-b)

(c-J[oannes] G[ualterius] Slusius^{7-c})

a-a) *Alia manu adscriptum.*

b-b) *Papae Innocentii XI (Benedictus Odescalchi) autographum.*

c-c) *Secretarii brevium Ioannis Gualterii Slusii autographum.*

N. 620.

Innocentius XI, pontifex maximus Opitio Pallavicini

Romae, 14 VII 1681.

Comittit ei, ut Innocentio Winnicki, epo Premisliensi nuperrime Ecclesiae unito ius titulum conservandi Ruthenosque adhuc ipsi subiectos regendi concedat. Uno dein dioecesis epo decedente (epi uniti Premisliensis officio Ioannes enim Małachowski ab a. 1670 fungebatur), alterum totius potiri licebit, nisi Winnicki sit, quo in casu approbatio obtinenda sit Sedis Apostolicae specialis. Interim epo Małachowski quater milia florenum per annum pro sustentatione assignari debent.

Reg.: AV, Secr.Brev., Reg.Brev. 1659 f. 1r-v.

- Ed.: Welykyj, *Documenta I*, p. 645-646.

Venerabili Fratri Opitio, Archiepo Ephesino, apud charissimum in Christo filium nostrum Ioannem, Poloniae Regem Illustrem, Nostro et Apostolicae Sedis Nuncio.

Innocentius Papa XI

Venerabilis Frater salutem etc.

Cum Nos per alias nostras in simili forma Brevis hodie expeditas litteras⁸, quarum tenorem praesentibus pro expresso et inserto haberi volumus,

⁶ Decretum concilii extraordinarii S. Congregationis de Propaganda Fide negotiis Ruthenorum praepositae die datum 22 V 1681, a pontifice autem die 16 VI 1681 confirmatum, cfr AV, Sec. Brev., Reg.Brev. 1659 f. 7r.

⁷ Ioannes Gualterius Slusius, brevium secretarius, cfr ANP XXXIV/2, notam 758, p. 260.

⁸ Cfr N. 619.

(^a-tibi dederimus in mandatis^a), ut Innocentium Winichi⁹ schismaticum, qui alias in Episcopum Praemisiae ab Episcopo Leopoliensi, etiam schismatico, cum assistentia unius tantum Episcopi et unius Abbatis, pariter schismaticorum ritu Graeco, consecratus fuit, ac subinde fidei catholicae professionem iuxta articulos dudum a Sede Apostolica pro Graecis propositos in manibus tunc Praesulis eiusdem Sedis Apostolicae Nuncii Varsaviae degentis emisit, a schismatis reatu et excessibus praedictis, censurisque et poenis ecclesiasticis ea de causa incursis, auctoritate Nostra Apostolica absolveres, ac cum eo super quacumque irregularitate ex praemissis contracta ad quemcumque effectum dispensares, prout in litteris praefatis uberius continetur.

Et sicut ex nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Congregationis Propagandae Fidei negotiis praepositae super negotiis Ruthenorum a Nobis specialiter deputationum relatione accepimus, nunc supersit Venerabilis Frater Epus Praemisiensis antiquus¹⁰ cum Romana Ecclesia unitus, qui partem dioecesis Praemisiensis obtinet.

Hinc est, quod Nos opportune in praemissis providere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio ac attenta professione fidei a dicto Innocentio sicut praemittitur emissa, Fraternalitati Tuae per praesentes committimus et mandamus, ut postquam litteras Nostras supradictas quoad praefatum Innocentium executioni mandaveris, auctoritate Nostra praefata permittas, ut ipse Innocentius retineat titulum Episcopi Praemisiensis, et regat omnes Ruthenos iam sibi subiectos ante unionem, ea tamen conditione, ut alterutro ex Episcopis, antiquo et Innocentio, praedictis decedente, tota dioecesis Praemisiensis sub uno tantum pastore superstite restituatur.

At casu^b) quo eveniat successio ad favorem eiusdem Innocentii Winichi, illa minime adimpleri possit, absque speciali huius Sanctae Sedis Apostolicae approbatione, et interim ipse Innocentius dicto Episcopo antiquo unito, qui totam aliam dioecesis praedictae partem retinere debet, florenos quater mille pro eius sustentatione assignet.

Nos enim quamcumque necessariam et opportunam ad praemissa facultatem tibi eadem auctoritate harum serie tribuimus et impertimur, salva tamen semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Apostolicis ac in universalibus, [1v] provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, necnon quatenus opus sit, Ecclesiae Praemisiensis aliisque quibusvis etiam etc. statutis et consuetudinibus, privilegiis etc. innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores etc. derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud ^c-Sanctam Mariam Maiorem, die 14 Julii 1681, anno 5.0^c).

⁹ Innocentius Winnicki, cfr notam 2-5.

¹⁰ Ioannes Małachowski († 1692), ab a. 1670 epus Premisiensis unitus, cfr Bendza, *Prawosławna diecezja przemyska...*, notam 576, p. 190.

(d-Attenta professione fidei ab Innocentio Winichi emissa, Sanctitas Vestra committit Nuncio Poloniae, ut permittat eidem Innocentio retinere titulum Epi Praemisliensis, et regere omnes Ruthenos iam sibi subiectos ante unionem, ea tamen conditione ut altero ex dicto Innocentio et antiquo Epo Praemisliensi unito decedente, tota dioecesis sub uno tantum pastore superstite restituatur, at casu quo eveniat successio Winichi, minime adimpleri possit absque speciali Apostolicae Sedis approbatione, et interim ipse Episcopo antiquo unito, qui totam aliam dioecesis partem retinere debet, florenos 4 mille pro eius sustentatione assignet. Est iuxta decretum Cardinalium ex Congregatione de Propaganda Fide specialiter deputatorum¹¹, cum clausula praeservatoria auctoritatis eiusdem Congregationis.

(e-Placet. B[enedictus]^e)

(f-J[oannes] G[ualterius] Slusius^{f, d})

a-a) *Apud Welykyj*: ordinavimus in praedictis

b) *Apud Welykyj*: causa

c-c) *Alia manu adscriptum.*

d-d) *Apud Welykyj deest.*

e-e) *Papae Innocentii XI (Benedictus Odescalchi) autographum.*

f-f) *Ioannis Gualterii Slusii autographum.*

N. 621.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 16 VII 1681.

*Nuntiat se hoc fasciculo litteris 21 VI datis responsisse*¹².

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 457r.

N. 622.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 16 VII 1681.

¹¹ Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide 22 V 1681 datum, cfr AV, Sec.Brev., Reg.Brev. 1659 f. 2r.

¹² Cfr ANP XXXIV/2, N. 554-562.

Fridericum Gulielmum nuntiat electorem, cum de bonis nurus suae Ludovicae Carolinae de domo Radziwiłł timeret vendendis, ne alienis postulatis venditio inhiberetur, cum vindicantibus tractationes sibi instituendas esse existimasse, ut illi placari possent. Regium autem favorem maxime colere mallentem, oratorum regis Gallici intercessione mediationeque frusurum, marchionis de Vitry Panhagiique epi Bellovacensis. Se interim ipsum, cui minime interest quoddam electoriae in Republica augmentum potestatis, cum Bellovacense colloquentem promissum obtinuisse cunctando illum conclusionem tractationum postponere, ne priusquam terram ille exiret Poloniam finire possent, idemque a de Vitry promissum. Interim notum electoris consilium fieri, quo agrorum Ludovicae Carolinae, qui in Lithuania locati, usus debiti solutionis loco a Republica apud Brandenburgiam contracti habendus. Itaque summa esse cum diligentia operandum asserit, postulante tamen necessitate et interventum faciendum, ne electoria crescat in Republica potestas.

Reg. decifr.: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 397r-400r.

Copia decifr.: AV, Segr.Stato, Nunz. diverse 221 f. 108r-111r.

- Ed.: Hildebrandt I, p. 65-67; De Bojani III, p. 535-536 (Gallice, fragm.).

(^a-Di Varsavia da Mons. Nunzio. 16 Luglio 1681. Decifrato a 13 Agosto [1681]-^a).

Sebene è opinione che l'Elettore di Brandemburgo¹³ non sii alieno dal trattare di vendere li beni, acquistati dal figlio per mezo del matrimonio con la Principessa di Radzivil¹⁴, tuttavia prevedendo forse la difficoltà di trovar compratori, sì perché alcuni pretendono che parte di detti beni le appartenghino¹⁵, sì perché non vi è forse alcuno nella Republica che possa fare un sborso sì grande, toltone il Re medesimo, al quale però ostano le leggi del Regno che le vietano l'acquisto de' beni stabili senza un espresso consenso della

¹³ Fridericus Gulielmus Hohenzollern, elector Brandenburgensis; cfr ANP XXXIV/1, notam 8, p. 6.

¹⁴ Electoris filius Ludovicus mense Ianuario 1681 Ludovicae Carolinae de domo Radziwiłł nupsit, agrorum in Lithuania sitorum heredi; cfr ANP XXXIV/1, N. 76, p. 90-91, N. 87, p. 103-104, N. 94, p. 115, N. 100, p. 122-125, N. 125, p. 147 tamquam et notas 198-200, p. 91, notam 415, p. 173; Helcel, p. 23 et sq.; Schiemann, p. 135 et sq.; Waliszewski, p. 85 et sq.

¹⁵ Partes hereditatis familiares Ludovicae Carolinae sibi vindicabant, Christina Barbara de domo Hlebowicz, capitanei campestris Lithuaniae Casimiri Ioannis Sapieha uxor et soror eius Marci-bella Anna, Trockiensis palatini Marciani Ogiński coniunx, matrem suam Catharinam filiam fuisse ipsius ducissae Ludovicae Carolinae avi, Ianussii Radziwiłł ducis significantes. His tamen postulatis tractationibus annis 1681, 1683 habitis satis factum. Dein et alii Radziwiłł duces nonnulla postulabant, Stanislaus Casimirus marescalus magnus Magni Ducatus Lithuaniae, Dominicus Nicolaus vicecancellarius M.D.L. et ducis Michaelis dein vidua, Catharina de domo Sobieska Radziwiłł, regis soror, loco filiorum in medium prodiens; cfr *Urkunden...* XXII, p. 68, 70, notam 1; Waliszewski, p. 155, 160; *Sapiehowie* II, p. 168, 170; Schiemann, p. 157-158; A. Rachuba, *Ogiński Marcejan*, in: PSB XXIII, p. 618-620; A. Rachuba, *Sapieha Kazimierz Jan*, in: PSB XXV, p. 39.

Republica¹⁶, qual consenso non vi è speranza probabile che possa ottenersi atteso che se vi richiedono i voti conformi della Dieta generale; ^(b)prevedendo, dico, l'Elettore la difficoltà della vendita, ha risoluto tentare un'altra via, cioè trattare coll'interessati per [397v] acquietarli con qualche somma di denaro, e così assicurarsi il pacifico possesso de' medesimi beni.

Seppi li giorni addietro come l'Ambasciatore di Brandemburgo Querbek¹⁷ haveva ricevuto ordine d'introdurre tal negotiato e di ricorrere agli Ambasciatori di Francia¹⁸, perché questi s'interponessero appresso il Re, volendo l'Elettore aggiustarsi prima di tutto con Sua Maestà, offesa in occasione di tal matrimonio, e scopersi anche che gli Ambasciatori di Francia non rucarono l'opera loro e cominciarono a negoziare, et osservai che l'Querbek andava più spesso del solito a trovarli. ^(c)Stimai perciò non dover aspettar più, né lasciare che il negotiato si avanzasse troppo et intanto si contrahesse qualche impegno, onde si rendesse poi più difficile l'impedirne la conclusione.

Andai [398r] dunque a trovare Mons. Vescovo di Bové e l'espressi il dispiacere provato da me, presentando che lui et il suo Collega cooperassero a radicare l'Elettore di Brandemburgo in questo Regno, cosa tanto pregiudiziale alla Religione, alla Republica et alla Casa del Re, et aggiunsi come al contrario non saria dispiaciuto che s'impiegassero per stabilire fra questa Corona e Brandemburgo un'accordo a tempo, cioè per quattro o cinque anni, durante il quale l'una parte non dovesse assalire o turbar direttamente o indirettamente li stati et il governo dell'altra, con esser di ciò garante il Re di Francia¹⁹, il che saria stato molto opportuno, potendo da ciò la Republica assicurarsi di non esser attaccata da Brandemburgo, sicu[398v]rezza, della quale ha molto bisogno nelle congiunture presenti.

Mi stesi nel discorso, mostrando ampiamente le male conseguenze tocche di sopra et aggiunsi come N.ro Signore, informato da me del matrimonio, l'haveva sentito molto a discaro e trovava esser bene di questo Regno che quello Principe non se vi radicasse.

Rispose Monsignore che veramente si trattava hora da lui e dal suo Collega di accordare l'Elettore et il Re, essendone stati richiesti dall'Querbek et in virtù d'un ordine, havuto già dal loro Re²⁰, di offerire la sua mediazione per le differenze che vertono fra questi Principi per il matrimonio sudetto,

¹⁶ Comitiorum Varsaviae constitutio anni 1607 *O oekonomiach* [De oeconomiis]; cfr VL II, p. 435.

¹⁷ Ioannes von Hoverbeck, orator electoris Brandenburgensis ad comitia anni 1681, cfr ANP XXXIV/1, notam 349, p. 147. Litteris 21 II 1681 datis suadebat ei elector, ut in tractationibus cum rege instituendis mediatione regis Gallici oratorum uteretur; cfr *Urkunden...* XXII, p. 44.

¹⁸ Panhagius (Toussaint) de Forbin-Janson, epus Bellovacensis, cfr ANP XXXIV/1, notam 3, p. 4; Nicolaus Maria d'Hospital, marchio de Vitry († 11 II 1685), Nicolai Gallici marescali filius iunior; cfr *Nouvelle biographie générale* XLV, p. 320.

¹⁹ Ludovicus XIV (1638-1715), ab a. 1643 rex Galliae.

²⁰ Hac de re Ludovicus XIV tractavit epistula oratoribus suis die 30 I 1681 data, cfr Waliszewski, p. 104.

del qual ordine Mons. Vescovo mi diede parte molti mesi sono. Aggiunse come non haveva sopra ciò ricevuti ordini particolari [399r] onde havevano essi Ambasciatori in questa materia grande arbitrio. Soggiunse poi come non stimava servitio della Francia che si accrescesse l'autorità e potenza di Brandemburgo, huomo instabile et amico di novità, et concluse che deponessi pure la sollecitudine che havevo, perché non haveria promosso l'affare che freddamente, e mi assicurò che non si saria conclusa cosa alcuna²¹, ma haveria trattenuto l'Querbek in speranze e fraposte dilationi al negoziato sino alla sua partenza per Francia, e che haveria operato che il Marchese di Vitry facesse lo simile^{b)}, il che mi fu confermato poi dal Marchese istesso, quale mi disse di più che lui et l'Querbek sariano stati poco insieme, passando il Marchese in Russia²² e ritornando [399v] l'Querbek nella Marca.

(^b-Io ringratiai Monsignore e confido farà così, cioè darà parole all'Querbek e se ne anderà re infecta, et il Marchese di Vitry credo che anche lui titerà a lungo, onde se in tanto non sopraggiungano ordini particolari del Re di Francia, Brandemburgo vedendo di non riuscire per mezzo de' Francesi, sarà costretto a tentare altra strada di non tanta efficacia come saria quella de' Francesi, se operassero caldamente.

E' ben vero che riuscendo le cose come dicevo di sopra, non per questo cessa il pericolo che Brandemburgo si radichi in questo Regno, mentre a quello che odo egli è per fare sotto qualche pretesto grandi offerte al Re, cioè di cederle un gran credito che ha con la Republica²³, sperando in tal guisa di guadagnare Sua Maestà [400r] et indurla almeno a dissimulare, il che quando le riesca, non vi sarà nella Republica chi pensi a sradicarlo dal Regno. Io non mancherò a suo tempo di far le parti mie con il Re, anteponendole come la sua gloria, oltre il bene della Chiesa e dello Stato, l'obligano a chiuder l'orecchie a' simili propositioni^{c)}.

a-a) *F. 400v repetitur.*

b-b) *A Hildebrandt editum.*

c-c) *Apud De Bojani apparet.*

²¹ Eodem tempore nuntiabant oratores epistulis ad Ludovicum regem diebus 11 VII, 18 VII et 26 VII 1681 missis tractationes iam concludi et de summa tantum, qua postulatis Catharinae de domo Sobieska Radziwiłł satisfaceretur, disputari, cfr Waliszewski, p. 153, 155, 160. Signatus est denique cum rege consensus 12 VIII 1681 et pacto diei 14 V 1683 confirmatus; cfr *Urkunden...* XXII, p. 72-73, 78; Schiemann, p. 158.

²² Cum aula regia Russiam Rubram marchio de Vitry erat petiturus.

²³ Secundum pacta Bydgosciae inter Rempublicam et Brandenburgiam contracta die 6 XI 1657 et postea pace confirmata Oliviensi, obtinuit elector Fridericus Gulielmus Elbingam cum regione, quoad solveretur a Republica summa 400 milia talarum. De Elbinga autem Ioannes von Hoverbeck cum Gallicis habito oratoribus collocutus, quo de facto ipsi nuntiat litteris 6 VII datis electori; cfr *Urkunden...* XXII, p. 71; Wójcik, *Jan Kazimierz Waza*, p. 130.

N. 623.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 16 VII 1681.

Dicit se litteris 25 VI datis res iam tractavisse, quibus cardinalis Cybo epistula 21 VI scripta refert: admonente enim Cardinali, ne quid cum rege de abbatiarum quaestione colloquendo Cistercienses decreverint monachi, opinionem eius illis tradidit. Idcirco pollicitos esse nihil se nisi archiviis ipsorumque perscrutatis mentibus facturos; se dein ipsum praecepta attendere.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 458r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Mi commanda V.ra Eminenza colle lettere de' 21 Giugno²⁴ d'avvisare i Padri Cisterciensi di questo Regno che non entrino in alcun trattato di concordia con Sua Maestà per conto dell'Abbatie del loro ordine, secondo il progetto che n'hanno dato costà, e quando havessero già intrapreso qualche negotiato, m'ordina d'incaricarli che desistino e faccino svanire ogni trattatione.

Come V.ra Eminenza haverà visto dalla mia de' 25 caduto²⁵, questi Padri non eran determinati di proporre alcun partito in particolare, ma solo havevan risoluto in generale trattare della concordia. Hor' stante ciò e l'havere essi abbracciato il mio consiglio di non entrare in negotiato, se non dopo haver bene esaminato le loro ragioni e revisti gl'archivii, la cosa, come ve-[458v]desi, da se va alla lunga, e costà si potran fare intanto le considerationi che si vogliono. Io dunque sospenderò d'ordinare che si sopraseda nel trattato, non sendosi per trattare che doppo qualche tempo, sperando intanto udire i sensi di V.ra Eminenza sopra il contenuto della sudetta mia lettera de' 25, con che mi potrò meglio regolare. Stimo però bene che si pensi e consulti fra questo mentre costà e quanto più presto si può sopra questa materia. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 16 Luglio 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
 Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²⁴ Cfr ANP XXXIV/2, N. 558, p. 241-242 et N. 463, p. 153-154.

²⁵ Epistula mihi ignota.

N. 624.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 16 VII 1681.

Nuntiat iam mandata 21 VI data Bernardo Zaruski, abbati Suleioviano, tradita esse, qui intercessionem propter regis in abbatae libertates incursum, in nuntiaturae cancellaria conscriptam, sicut praeceptum erat, signavit. Hoc documentum Romam mittitur, ac si satis sit, bullam mittere liceat. Ipse autem admonet, ne nimia rei fama adiungatur.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 459r-v.

Eminentissimo e Rev. mo Signor *etc.*

Vostra Eminenza m'ha comandato con una sua de' 21 Giugno²⁶ d'insinuare all'Abbate di Suleovia²⁷ che rimedii con una nuova protesta al grave pregiudizio, cagionato alle ragioni e libertà del monastero Suleoviense²⁸ e degl'altri del Regno di Polonia, colla dichiarazione fatta a favor regio.

Prima di ricevere simil comando havevo cominciato a disporre il Padre a quest'atto, apprendendo che facilmente fosse per prendersi tal temperamento, onde sendomi giunto l'ordine, ho posto subito le mani a compire l'opera, come è successo, sendosi formati due esemplari della scrittura congiunta²⁹, un de' quali rimarrà in [459v] questa Cancelleria. Quando ciò piaccia, potrà permettersi la spedizione delle bolle, e quando si desidera altro, n'attenderò il comando. Non lascio intanto di dire che stimo bene, che questo fatto si facci per quanto meno si può palese. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 16 Luglio 1681.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo *etc.*

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

²⁶ Cfr ANP XXXIV/2, N. 560, p. 243-244.

²⁷ Bernardus Zaruski, cfr ANP XXXIV/2, notam 300, p. 83, notam 713, p. 243.

²⁸ Abbatia Suleioviensis Ordinis Cisterciensis, cfr ANP XXXIV/2, notam 299, p. 83.

²⁹ Cfr A. 1.

N. 625.

"Avviso"
 ab Opatio Pallavicini
 ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 16 VII 1681.

Cursorem, qui Samueli Proski patentum portat legati extraordinarii, iam in Turciam profectum nuntiat. Privatus enim Proski nec magistratus àdire neque tractationes cuiusdam generis contrahere poterat, mox autem militares Turcarum paratus sequendi de intentisque eorum coniciendi maiorem habuerit copiam, a magno dein vesiro receptus indignationem, quae propter foedus a Polonis cum Moscovia contemplatum exorta, placari certe conabitur. Reginam interim gravidam de statu timere suo, partum iam mortuum esse credentem.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 465r-v.

Varsavia, 16 Luglio 1681.

E' stato spedito un corriere³⁰ alla Porta colla patente d'inviato straordinario per il Ministro³¹, che ha colà Sua Maestà.

Non era egli sentito da quei Ministri per difetto di carattere, non havendole voluto Sua Maestà dar questo, né quel di residente, e quest'ultimo per non essere obbligato, secondo il costume di quei barbari, a tenervelo sempre quando è introdotto una volta. Non potendo egli dunque negoziare né fare altre parti che andare indagando da lontano i disegni et apparecchi de' Turchi, se l'è dato hora questo titolo a fin' che possa trattare et osservare meglio le cose.

Con occasione che si porterà dal Visir³², questo facilmente uscirà sopra quel ch'è passato qui da qualche tempo, e così lui haverà [465v] campo di tentare, di coprire o di placare, se potrà, quell'animo irritato. Doverà esso poi esattamente osservare gl'andamenti de' Turchi.

³⁰ Idem Thomas Golczewski cursoris fungebatur officium qui et 1685 legatus erat regius ad principem Crimaeae; cfr Grabowski II, p. 527-528; A. 16; Wójcik, *Dyplomacja polska...*, p. 235.

³¹ Samuel Proski; cfr ANP XXXIV/1, notam 192, p. 90. De diplomaticis, quibus locis quibusque privilegiis in Republica saeculi decimi utebantur septimi cfr Wójcik, *Dyplomacja polska...*, p. 242-298. Cfr etiam A. 16 et notas.

³² Kara Mustafa (ca 1630-1683), ab a. 1676 magnus vesirus.

Teme la Regina³³ che il parto che porta possa esser morto, e se bene non vi sono che segni assai deboli, ne ha formato l'opinione alla quale aderisce con molta fermezza, il che le cagiona inquietudine e travaglio.

N. 626.

**Card. Angelus Paluzzo Paluzzi degli Albertoni-Altieri, praefectus
S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 16 VII 1681.

De Collegii praefecto Armeni Leopoli, Francisco Bonesana, quaerit cur Theodoro Agostinowicz iterum in alumnorum numero accepto iusiurandum neglexerit ab illo extrahendum. Dein de ipso Agostinowicz quid existimandum rogat.

Reg.: APF, Lettere 70, I parte, f. 62v-63r.

A Mons. Nuntio di Polonia. Il di sudetto [16 VII 1681]
Armeni^{a)}

Rappresentando il Padre Prefetto del Collegio di [63r] Leopoli³⁴ d'esser stato obbligato a rimetter tra gl'alunni, come sopranumerario, Teodoro Agostinowicz³⁵, ritornato in Polonia per perfetionare li studii da lui interrotti quando fu condotto per compagno dal Padre Pidou³⁶ nel viaggio che fece l'al-

³³ Maria Casimira d'Arquien de la Grange (1641-1716), ab a. 1665 Ioannis coniunx Sobieski, ab a. 1674 Reipublicae regina.

³⁴ Franciscus Bonesana, cfr ANP XXXIV/2, notam 681, p. 232.

³⁵ Theodorus Agostinowicz (Agostonowicz, natus ca a. 1655), magistratus cuiusdam Leopoliensis familiaris, iam clericus in numerum fuit Leopoliensis Collegii pontificalis alumnorum receptus a. 1668; Aestate a. 1683 a Ioanne consecratus Bernatowicz, ex illis uno, qui Michael Torosowicz mense Octobri 1681 mortuo dignitati studebant aepi ritus Armeni Leopoliensis; cfr APF, SC Armeni 3 f. 376r; Pawiński, p. 112.

³⁶ Ludovicus Maria Pidou (1637-1717), Theatinus, Clemente una cum Galano in Poloniam venit a. 1664, dein Unioni Armenorum Romae consulebat Collegioque pontificali, quod Leopoli fundaretur; missionis ac Collegii praefectus a. 1669-1678, a. 1687 titularis factus est epus Babyloniae, dein et Persicae praepositus missioni. Aestate 1677 cum Vartano Hunanian, aepi Leopoliensis ritus Armeni Michaelis Torosowicz coadiutore colonias Armenas visitavit, quae in Valachia Bulgariaeque posita usque ad Constantinopolin perveniens; inde terram Armenam Hunanian, ipse autem rursus Pidou Leopolim petiit, ubi exeunte Septembri revertit; cfr Vezzosi II, p. 182-185; Petrowicz, *L'unione...*, p. 164, 232, 302.

tra volta a Costantinopoli, e soggiungendo che non ha fatto il giuramento per esser compreso tra gl'antichi essenti.

Questi Eminentissimi miei Signori desiderano che V.ra Signoria intenda dal medesimo Prefetto quali motivi habbia havuti di non obliarlo al giuramento, prescritto da questa Sacra Congregatione, già che nel riceverlo di nuovo poteva a ciò astringerlo, e che oltre a questo V.ra Signoria informi questi Eminentissimi Signori delle qualità di detto alunno, tanto intorno a costumi come alla letteratura, e quale aspettazione dia di se stesso, che tutto si attenderà dalla somma diligenza e virtù sua, e N.ro Signore la prosperi.

^{a)} *In margine annotatur.*

N. 627.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 19 VII 1681.

Nuntiat fasciculo praesente praeter responsa epistulis 18 VI datis³⁷ referentia et praecepta ad quotidianam spectantia vitam contineri.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 465v.

N. 628.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 19 VII 1681.

Nuntiat papam non credito, ut petatum erat, sed dono viginti milia ungarnum fines defendendi causa Regno tribuere. Comittit tamen nuntio, ut regem in colloquio admoneat contra nonnullas difficultates Sedem opprimentes Sacram donum illud fieri. Breve autem duplicatumque adiuncta.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 467v.

³⁷ Cfr. ANP XXXIV/2, N. 545-546.

Al medesimo in foglio. 19 Luglio 1681.

Dal breve di N.ro Signore, che unito alla sua copia trasmetto a V.ra Signoria Ill.ma qui congiunto³⁸, vedrà ella nuovamente espressa la gratia, che fa Sua Beatitudine al Re de i 20 mila ungari, che la Santità Sua gli dona e non gli dà in prestito, come li desiderava Sua Maestà³⁹, la quale tanto più vivamente potrà da lei esser eccitata a prepararsi per la difesa de' confini et a far tutto quel più, che stimerà opportuno a tal effetto, facendole anche ponderar nelle presenti strettezze dell'Erario Apostolico il peso della gratia istessa e la sollecitudine paterna della Santità Sua per il bene del Regno.

N. 629.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 19 VII 1681.

Memorat nuntium iam priorem, Franciscum Martelli, antequam officium manus in Pallavicini tradidit, quidquam de Curlandensi duce, Iacobo Kettler, scripsisse. Hunc enim, conventuum terrestrium comitiorumque decreta prae se ferentem, iurisdictionem sibi dioecesis Piltinensis vindicare, de re autem ut decerni posset, commissionem quandam convocaturam. His igitur de rebus quaerit monetque, ne re in ulla ducis cedatur postulatis.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 466r-467v.

Al medesimo.

Poche settimane prima di deporre il peso di cotesta [466v] Nunziatura nelle mani di V.ra Signoria Ill.ma, mi avisò Mons. Martelli⁴⁰ che il Duca di Curlandia⁴¹, dopo di essersi munito di diversi decreti e rescritti surrettitii,

³⁸ Breve die 19 VII 1681 datum, cfr Berthier I, p. 427.

³⁹ Comitii tractationibusque cum Moscovitis interruptis, mutuo rex a papa summam 20 milia ungarnum petiit litteris die 16 VI 1681 datis, prout Reipublicae fines muniri possent; regis litterae cfr ANP XXXIV/2, A. 10, p. 307-309; cfr epistulam Pallavicini hac de re cardinali Cybo missam 16 VI 1681, ANP XXXIV/2, N. 538, p. 222-223.

⁴⁰ Franciscus Martelli, cfr ANP XXXIV/1 notam 1, p. 3; nuntius apostolicus Poloniae, Opitii Pallavicini praedecessor, cui munus tradidit, cum ille Varsaviam venit (12 XI 1680), etsi mense Aprili tantum ex urbe egressus 1681. Epistula eius ad cardinalem Cybo de Piltinensi dioecesi, cfr AV, Segr. Stato, Polonia 98 f. 311r-314v, 319r.

⁴¹ Iacobus Kettler (1610- 31 XII 1681/1 I 1682; Schiemann obitum eius 1 I 1682 statuit), dux Curlandiae ab a. 1642; cfr Schiemann, *Jacob, Herzog von Kurland*, in: ADB XIII, p. 540-546; Seraphim II, p. 516-569; A. Przyboś, *Kettler Jakob*, in: PSB X, p. 341-346.

estorti dalle Diete et in particolare da quella di Grodna⁴², e dopo d'haver comprati i crediti di diverse persone sopra i beni del Vescovato Piltense⁴³, promuoveva più che mai con speranza di buon successo le sue antiche benché vane e più volte impugnate pretensioni, che gli compete giurisdizione sopra il territorio del Vescovato medesimo, anzi che tutto quel Vescovato s'intenda compreso nel feudo del suo Ducato. Aggiunse che nella commissione, la qual doveva poco appresso tenersi in vigor delle costituzioni di Grodna, si correva gran pericolo di veder confermata la convention d'una dietina, dove la nobiltà del Paese si sottoponeva alla giurisdizione del Duca e che a questo fine erano comparsi nel luogo della [467r] commissione, il Gran Cancelliere di lui et i deputati del territorio di Pelten [sic], i quali si credevano haver colluso coi ministri del Duca. Al che però Monsignor Nostro si sarebbe opposto efficacemente⁴⁴.

Di ciò che d'allora in qua sia seguito, né egli diede poi altro avviso, né V.ra Signoria Ill.ma ha fatto mai alcun motto. Ma trattandosi di cosa di tanta importanza, nella quale ogni picciola trascuratezza può sommamente nuocere, ho stimato mio debito di accennarle quanto passa in questa materia, acciò che quando Mons. Martelli, o per dimenticanza o per altro accidente non l'havesse informata di ciò, possa haverne le necessarie informazioni da registri o da gl'officiali della Nunziatura medesima, et opporsi col zelo e col vigore suo solito a tentativi del Duca e tratanto trasmettermi una puntual relazione di quanto passa in [467v] questo affare. E da Dio le prego vero bene. Roma, 19 Luglio 1681.

N. 630.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 19 VII 1681.

Scribit documentum, quo altera pars confirmatur debiti a duce Michaele Radziwiłł contracti, quamquam missum sibi esset, rursus nuntio mandari, ut eo facilius a ducissa vidua debiti postulari possit solutio.

⁴² Constitutio Regni n. 159, Grodnensibus lata comitiis a. 1678-1679 titulo: "Reassumpcyja komisyyi Pilteńskiey" [Commissionis Piltinensis reassumptio] apud regem comitatum, qui comitiis annorum 1661, 1667, 1670 et 1676 postulatus numquam tamen convocatus rebus inter ducem civesque Piltinensis dioecesis consulere componendis, instituere dein utriusque partis plenipotentiariorum causam privilegiaque exponere regemque denique de re tota diiudicare oportere decrevit. Constitutio verbis: "... salvis interim Xcia Imci Iurisdictione" desinebat; cfr VL V, p. 291.

⁴³ Piltinensia bona sustentatio quondam erant epi Curlandensis, ab epo tamen apostata Ioanne Münchhausen a. 1559 pro 30 milia imperialium oppignerata sunt. Itaque frequentissime possessoribus mutatis, a. 1681 in possessu erant haereticorum nobilium ducisque Curlandensis; cfr Fijałek, p. 191; Seraphim II, pp. 540-541, 552, 556-557, 578-579.

⁴⁴ Cfr Francisci Martelli ad Cybo cardinalem litteras die 29 V 1680 datas, AV, Segr.Stato, Polonia 98 f. 311r.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 183A f. 466r.

Al medesimo.

La ricevuta, che V.ra Signoria Ill.ma per meglio facilitarli la riscossione di tutta la somma del denaro dovuto dalla Sig. Duchessa Radzivi⁴⁵, essendo stata inviata fin da i 31 di Maggio scorso⁴⁶, a quest'ora le sarà pervenuta alle mani. Per abbondar nondimeno in cautela, ho stimato a proposito il trasmetterle anche l'istrumento^{a)}, che riceverà qui congiunto, ed in cui riconoscerà ella ben espresso lo sborso, fattosi per comandamento di N.ro Signore sì della somma de i 72 mila, come pur dell'altra de i 40 mila. Né dubitandosi qui che per la celere esigenza delle somme predette non si usino da lei tutte le diligenze possibili, io mi astengo dal recarlene alcun nuovo eccitamento colla presente. E auguro a V.ra Signoria Ill.ma dal Signor Dio vera felicità. Roma, 19 Luglio 1681.

a) *Annotatur in margine*: dell'Instrumento non ne restò copia.

N. 631.

Opitius Pallavicini
Iacobo Hadziewicz, dioecesis Culmensis

Varsaviae, 19 VII 1681.

Concedit ei dispensationem "extra tempora" ad omnes ordines sacros suscipiendos ob necessitatem ecclesiae parochialis Neukirchensis⁴⁷.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 56v.

⁴⁵ Catharina de domo Sobieska Radziwiłł, ducis Michaelis Casimiri vidua, cfr ANP XXXIV/1, notam 184, p. 86.

⁴⁶ Documentum, quo secunda debiti a duce Michaele Casimiro contracti apocha (40 milia florenum) confirmata, die 31 V 1681 nuntio est missum. Quo prima eiusdem debiti confirmata apocha 72 milia florenum documentum Augusto 1680 Francisco Martelli tunc nuntio est mandatum; cfr ANP XXXIV/2, N. 490, p. 183-184 ac notam 553, p. 183.

⁴⁷ Nowa Cerkiew, germ. Neukirch, pagus in regione, qui Polonice Żuławy Wiślane nominatur, Marienburgae septentrionalem versus occidentem locatus. Ecclesia parochialis titulo sancti Martini utebatur cfr SGKP VII, p. 192; Litak, p. 126.

N. 632.

Opitius Pallavicini
Monialibus Ordinis Praemonstratensis conventus Żukoviensis
confessarioque eorum Nicolao Sosnowicz

Varsaviae, 21 VII 1681.

Concedit indulgentiam 300 dierum monialibus ordinis Praemonstratensis conventus Żukowiensis litanias Beatae Mariae Virginis recitantibus, indulgentiam dein 7 annorum totidemque quadragenarum ecclesiam conventus supranominati die festo Assumptionis visitantibus, Nicolao denique Sosnowicz, monialium confessario, licentiam paramenta ecclesiastica benedicendi.

Reg.: AV, Arch.Nunz. Varsavia 177 f. 56v.

Die 21 Julii indulgentiae 300 dierum concessae Rev.dis Monialibus Ordinis Praemonstratensis conventus Żukoviensis⁴⁸, dioecesis Vladislaviensis, die Sabbathi in unum convenientibus recitantibus litanias Beatae Mariae Virginis ad altare eiusdem Beatae Mariae Virginis in clausura interiori situm.

Die eadem [21] Julii licentia benedicendi paramenta ecclesiastica ubi non intervenit Sancta Unctio, pro necessitate ecclesiae Rev.darum Monialium Ordinis Praemonstratensis conventus Żukoviensis, concessa admodum Rev.do D.no Nicolao Sosnowicz, confessario earundem. [...] ^{a)}.

Eadem die [21 VII 1681] indulgentiae 7 annorum et totidem quadragenarum concessa Ecclesiae Monialium Ordinis Praemonstratensis conventus Żukoviensis, visitantibus ecclesiam earundem Monialium in festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis.

^{a)} *Exaratum:* Monialium duratura ad tempus Nuntiaturae tantum.

N. 633.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 23 VII 1681.

⁴⁸ Żukowo, hodie urbs, tunc vicus tantum ad Gedani occidentem, Cassubiae in regione ad Radunia fluvium positus. Monialium ordinis Praemonstratensis conventus, cuius ecclesia Assumptionis BMV titulo, a. 1209 a Mestwino I duce fundatus; cfr SGKP XIV, p. 849-850.

*Fasciculum 24 VI 1681 datum allatum sibi esse nuntiat*⁴⁹.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 466r.

N. 634.

**Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo**

Varsaviae, 23 VII 1681.

Falsos scribit extitisse rumores, qui regis Gallici oratoribus comitia obiciant rescisa. Credi non posse regem Ludovicum, etsi imperatoris laetatur angustiis, pessum Rempublicam dare volle, quod fieri possit, si contra expectationes immunitaque aggredetur. Dein difficile imaginatu contra epum Bellocensem tum regis Poloni cum etiam papalem indignationem exardescere malle Ludovicum, quae certe comitorum sequeretur interruptionem. Longe enim familiarem esse ei Bellocensem, qui huiusmodi odio omni spe dignitatis privaretur cardinaliciae cuique nulla est cum interruptoribus familiaritas. Minime igitur existimandum implicatos esse Gallicos in comitorum rescissione, quibus de rebus et litteris ipsius mense Iunio scriptis legi potest.

Decifr.: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 401r-403r.

Copia decifr.: AV, Segr.Stato, Nunz. diverse 221 f. 111r-113r.

- **Ed.:** De Bojani III, p. 536-537, notam 1 (Gallice, fragm.).

(^a-Di Varsavia da Mons. Nunzio, 23 Luglio 1681. Decifrato a 30 [sic] detto^{b,-a}).

Chi sospetta che la Francia habbia tenuta mano alla rottura della Dieta, si fonda su l'interesse che ha la medesima, che le forze del Turco si voltino sopra l'Ungheria e divertischino l'Imperatore⁵⁰, ma non considera il maggior interesse che ha di prevenire la perdita di questo Regno, che seguiria venendo attaccato dal Turco, perché questo ne faria un gran stacco, da quale resteria poi così indebolito che gl'altri, per prevenire che tutto non cadesse in sue mani, o l'occupariano, o pure riceveriano le provincie che se le rendessero, nel qual caso è opinione che l'Imperatore ne haveria una buona parte;

⁴⁹ Epistulae hoc fasciculo allatae diem 25 VI prae se ferebant, cfr ANP XXXIV/2, N. 565-571, p. 246-253.

⁵⁰ Leopoldus I Habsburg (1640-1705), ab a. 1658 imperator.

hora ciò è certamente opposto agl'interessi della Francia, come al contrario li comple di mantenere un Regno che confina per così lungo tratto con i stati della [401v] Casa d'Austria e nel quale oltre il Re medesimo, ha tanti amici e dipendenti, che potriano un di secondare i suoi disegni o almeno tenere in gelosia gl'Austriaci.

Si può dire in contrario che causandosi la rottura della Dieta non perciò si metteva il Regno in pericolo, perché il Turco haveria sempre volte le armi contro l'Ungheria, ma è certo che il Re di Francia⁵¹ non è padrone, né può assicurarsi così della volontà del Turco, intento sempre a' suoi maggiori vantaggi et a far ogni più grave danno alla Christianità, senza haver altre mire e riguardi che il proprio interesse, onde con impedire l'armamento poteva farsi cadere questo Regno.

^(c)Questa consideratione aggiunta alle altre scritte sotto li 4 Giugno⁵², mi fa credere che la Francia non sii colpevole di sì enorme et infame attione.

[402r] Quanto poi a Mons. Vescovo di Bové⁵³, che egli ne sii stato instromento, considero in oltre come il Re di Francia lo stima et ama, et ha voluto e vuol giovarli, et a questo fine so che fa sollecitare l'elezzione de' deputati del clero della provincia di Monsignore prima del suo ritorno in Francia, acciò non si lordi di questa macchia, hora non par credibile che l'abbia voluto mandare in questo Regno per operar cosa tale che saria la rovina delle sue speranze⁵⁴, e saria stato quasi un mandarlo al macello.

So che può dirsi che il Re di Francia desidera i vantaggi di Monsignore ma prima i proprii, ma per questi non vi era necessità di sacrificarlo così. Non richiedesi in Polonia gran destrezza per impedire il buon esito di una Dieta, e ogni ministro di talenti anco ordinarii è sufficiente per questo effetto purché habbia denaro [402v] per guadagnar qualche membro della Dieta. Trovansi di questi tali non pochi, né ricercasi gran somma per corromperli, né grand' efficacia per persuaderli, tanto prevale in alcuni l'appetito di un piccolo lucro.

E' certo che si prevedeva comunemente lo scredito che saria derivato al Re dalla rottura della Dieta, mentre prima riputavasi da Principi confinanti e da sudditi che havesse nella Republica un autorità e potere maggiore de' suoi Predecessori⁵⁵, onde seguita questa ha scapitato non poco nella gloria e riputatione, e vi è pericolo che all'avvenire si rompino con vergogna sua frequentemente le Diete. Hora non par credibile che Monsignore si sii voluto

⁵¹ Ludovicus XIV, rex Galliae.

⁵² De comitorum rescisoribus epistula 28 V 1681 data, non illa 4 VI 1681 scripta, diserebat nuntius; cfr ANP XXXIV/2, N. 475, p. 170-172.

⁵³ Panhagius de Forbin-Janson, Ludovici XIV orator in Polonia extraordinarius.

⁵⁴ Cum maxime illi in electione 1674 epus profuerat Bellovacensis, orator tunc regis Gallici, petiit Ioannes III a Clemente X papa, ut dignitate episcopum exornaret cardinalicia; idem iterum ac iterum ab Innocentio petiit XI. Ab Alexandro denique VIII cardinalis factus a. 1690.

⁵⁵ Primum Maio a. 1681 rescisa comitia Ioanne III regnante.

fare istromento di una cosa che l'haveria reso tutto odioso a questo Re^{d)}, che potria facilmente vendicarsi con solo rivocar la nomina.

[403r] Si dirà che poteva lavorar segretamente, ma questo è impossibile alla presenza di un Re perspicace et accorto come questo, et in una Republica ove sono tanti occhi e tanti interessi, et il Re ha tanti partiali che possono facilmente investigare e scoprire le attioni altrui.

Per ultimo è da osservarsi che la rottura della Dieta è seguita per opera di persone non amiche, ma diffidenti di Mons. Vescovo. Con il Gran Cancelliere del Regno⁵⁶ è certo che sta malissimo; non sta bene con il Palatino di Posnania⁵⁷, il Priemschi poi è seguace di Betune⁵⁸, con quale Mons. Vescovo ha quasi inimicitia^{c)}.

Queste riflessioni e molte altre che non dico per brevità, et il vedere che in tanto tempo che si cerca non si trova niente più dell'avvisato da me, fa credere et a me et a più saggi, che la Francia non habbia parte nella rottura, e molto meno Mons. Vescovo di Bové.

a-a) *F. 406v repetitur.*

b) *Potius Agosto, velut et f. 406v.*

c-c) *Apud De Bojani apparet.*

d) *Linea distinctum.*

N. 635.

Opitius Pallavicini card. Alderano Cybo

Varsaviae, 23 VII 1681.

Nuntiat 3333 imperiales a Catharina, ducissa Radziwiłł allatam sibi esse, quomodo pars solvitur debiti a duce Michaele apud Cameram Apostolicam contracti. Dein solutioni totius debiti, etsi parvulis fieri debeat pensio-nibus, se diligentissime consulturum.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 99 f. 467r.

⁵⁶ Ioannes Wielopolski, magnus Regni cancellarius, cfr ANP XXXIV/1, notam 31, p. 16. De sus-
pitione exorta nonnulla in comitiorum interruptione cancellarium adiuisse, nuntiavit Pallavicini
